

Band X., Nr. 4397, Seite 151-153

Ritter Ulrich von Königsegg und die Brüder Berthold und Eberhard von Fronhofen verkaufen an Willa von Riedhausen und ihren Sohn Konrad Güter in Lengenweiler.

Weingarten, 1293. Juni 29.

Omnibus Christi fidelibus, ad quos presentes pervenerint, Ūlricus de Kūngsegge miles nec non Berhtoldus et Eberhardus fratres filii quondam Berhtoldi de Fronhoven militis notitiam subscriptorum. Ad extirpandam future questionis materiam iustitie pia suadet equitas, ut facta singulorum, prout acta noscuntur, tenaci scripturarum serie commendentur. Noverint igitur universi tam posteri quam presentes, quos nosce fuerit oportunum, quod cum nos Berhtoldus et Eberhardus fratres filii pie memorie Berhtoldi prenotati ex successione paterna multis essemus debitis pregravati, a quibus ut possemus exui et dampna accrescentia prevenire, de consilio consensu et iussu predicti Ūlrici de Kūngsegge patruelis tutoris seu curatoris nostri possessiones nobis pertinentes titulo proprietatis quas possedimus pacifice et quiete sitas in Lengenwiler, quas Hainricus dictus Glitz miles quondam possedit et tenuit, cum omni iure et utilitate ac pertinentiis universis vendidimus et tradidimus discrete matrone Wille relicte quondam Rūdolphi de Riethusen et Cūnrado filio eius pro tredecim marcis puri et legalis argenti ponderis Constantiensis, quas nos presentibus recepisse ab eisdem profitemur et in solutionem nostri paterni debiti fore versas, tradentes et mittentes eosdem in tenutam seu possessionem possessionum predictarum, renuntiantes de consensu consilio et iussu nostri tutoris seu curatoris¹ prelibati omni iuri, quod nobis posset competere in possessionibus antedictis, servata in premissis omnibus et singulis verborum et gestuum sollempnitate debita et consueta. Et licet de iure communi prelibate relicte ac Cūnrado eius filio de evictione essemus astricti, quia tamen plus timeri solet, quod specialiter precipitur, quam quod generaliter imperatur, obligamus et astringimus nos una cum dicto tutore seu curatore nostro nostrisque heredibus memoratis . . relicte eius filio ac eorum heredibus ad omnia dampna et interesse, que sustinuerint si possessiones predictae vel aliqua pars ex eis ab eisdem in iudicio sit evicta. Et ut omnia premissa rata et firma permaneant, presens instrumentum ipsis fieri fecimus sigillis nostris ac sigillo nostri tutoris seu curatoris supradicti Ūlrici militis communitum.

 Acta sunt hec in cimiterio monasterii in Wingarten, presentibus Alberto de Spilberg, Berhtoldo dicto Manstok monachis monasterii in Wingarten

¹seu curatoris steht zweimal.

II

iam predicti, Ortolfo de Hasenwiler, Berhtoldo de Dankratwiler, Hainrico de Rúti, Cûnrado advocato de Summeröwe, Andrea de Langwat², Cûnrado de Stubon militibus, Cûnone et Cûnrado de Rúti fratribus, Manstoko de Ravensburg, Walthero de Hohenberg³, Úlrico de Múlibrunnen, Rûdolfo de Richenbach, Hainrico de Winterbach, Cûnrado dicto Ysengrin, Cûnrado ministro de Fronhoven, Hermanno dicto Bonritter, Cûnrado filio eius, Wernhero dicto Lûrli ministro in Kûngesegge, Cûnrado dicto Bûheler et Cûnrado filio suo et aliis quam pluribus fide dignis, anno domini MCCLXXXIII., III. kalendas Julii, indictione VI.

 Ego⁴ Ulricus de Kûngesegge miles tutor seu curator Berhtoldi et Eberhardi predictorum in evidentiam omnium premissorum et specialiter mei consensus consilii et iussus adhibiti ac obligationis de evictione, ad quam me specialiter ac meos heredes obligavi ut premissum est, meum sigillum duxi presentibus appendendum.

—

Textabdruck folgt dem Original.

 Mit Tinte liniert. An grün und gelben leinenen Litzen noch zwei Siegel, 1) Ulrichs von Königsegg, 2) Bertholds von Fronhofen, des verstorbenen Vaters der beiden Verkäufer, s. beide WUB, Bd. VIII, S. 203, Nr. 2933. An dritter Stelle befindet sich nur eine Siegelschale, die aber wohl nie ein Siegel enthalten hat.

²Heute Herrlishöfen, Warthausen, BC.

³Vielleicht Hochberg, Bad Saulgau, SIG.

⁴In der Urkunde neuer Abschnitt.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 515 U 785

Überlieferung und Textkritik:

Original. War auch im 1944 durch Fliegerangriff verbrannten Diplomatar HStA Stuttgart H 14 Nr. 256, S. 3.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Weingarten

Ortsindex:

Danketsweiler Wohnplatz (20916)
 Danketsweiler, Horgenzell, RV
 Fronhofen Wohnplatz (20999)
 Fronhofen, Fronreute, RV
 Hasenweiler : Horgenzell RV
 Hasenweiler Wohnplatz (20938)
 Herrlishöfen Wohnplatz (17748)
 Herrlishöfen, Warthausen, BC
 Hochberg Wohnplatz (21306)
 Hochberg, Bad Saulgau, SIG
 Königsegg Wohnplatz (19468)
 Königsegg, Guggenhausen, RV
 Lengenweiler Wohnplatz (20579)
 Lengenweiler, Wilhelmsdorf, RV
 Möllenbronn Wohnplatz (21010)
 Möllenbronn, Fronreute, RV
 Ravensburg Wohnplatz (20120)
 Ravensburg, RV
 Reichenbach Wohnplatz (17085)
 Reichenbach, Bad Schussenried, BC
 Reute Wohnplatz (20585)
 Reute, Wilhelmsdorf, RV
 Riedhausen Wohnplatz (20175)
 Riedhausen, RV
 Spielberg Wüstung (26396)
 Spielberg, Friedrichshafen, FN, W
 Stuben Wohnplatz (18647)
 Stuben, Altshausen, RV
 Summerau Wohnplatz (18136)
 Summerau, Neukirch, FN
 Weingarten Wohnplatz (20565)
 Weingarten, RV
 Winterbach Wohnplatz (20985)
 Winterbach, Horgenzell, RV